

Leben des Abtes Franz Hertenstein von Ettenheim-Münster.

185

lensis et Einsidlensis, qui anno 1664 hic hospitati sunt, id quod anno 1668 a San-Gallensi iteratum. Neque omittendi abbas s. Blasii, qui anno 1670, aut abbas e Franconia Amorbacensis, qui anno 1684, vel abbas quidam Belga ordinis sanctissimae Trinitatis\*, qui anno 1662 in d. Eltone divertit. Idem anno 1665 praestitum ab excellentissimo comite Carolo Francisco de Fürstenberg; anno autem 1672 ab excellentissimo comite Maximiliano de Fürstenberg. Annus 1670 item hospitem advexit juniorem, ac, ni fallor, postremum comitem de Criechingen. Annus vero 1675 excellentissimum comitem de Leiningen, comes denique Cronenburgicus\*\* ab anno 1660 ad annum usque 1684, saepius Eltoniano hospitio refectus est. Ab hospitum numero separandi non sunt alii quam plures, haud mediocris auctoritatis, viri nobiles atque barones Garnerii, Schüzii, Kageneckii, Ringii, Schoenavii, Wessenbergii, Holzapfelii, Wangenii, Mercii, Pfirdii, Willigii, Danckenschweilii, Elsenheimii, Didenheimii, Schawenburgii, Carlii etc., qui hospitalium nostri munificentiam saepius experti sunt. Verum praecipua quadam cura Benedictini ordinis sodales semper complexus est, cujus rei testes damus San-Gallenses, Rhimavienses, Fabarienses, Beinwilereuses, Ottoburanos\*\*\*, Weingartenses, queis multoties hic diversatis luculenta humanitatis argumenta paebuit. Quod vero anno 1656 sex professos San-Gallenses fratres una cum professore suo p. Anselmo ob belli metum hic aliquantisper exules sat convenienter accusare per loci angustiam haud potuerit, valde indoluit noster, atque apud vicinas saltem abbatias, ut reciperentur, si vellent, studiose effecit. Caeteris enumerandis hospitibus, quos 33 annis regiminis sui recepit Franciscus, ultra non immorabor contentus dixisse mensam illius nunquam fere iisdem fuisse vacuam, qua quidem in re eum modum tenuit, quem tenuisse Romanorum olim sapientissimum ajunt, nempe

\* Das ist der Orden ss. Trinitatis de redemptione captivorum, von Johannes von Mattha gestiftet. Er hieß auch der Orden der Mathuriner von der Ordenskirche des heiligen Mathurins in Paris. Auch im Diarium des Abtes Gallus Wagner kommen Angehörige dieses Ordens vor. So steht unter dem 21. August 1657 post coenam venit religiosus conversus ordinis s. Trinitatis f. Laurentius Gasagnus, Pedemontanus. Eben dasselbst steht unter dem 1. u. 2. Januar 1682: P. Ludovius Lambert, ord. s. Trinitatis Colonia divertit und petit hospitium Laurentius, laicus ord. s. Trinitatis.

\*\* Die Grafen von Cronenburg waren die directen Erben der Hohen-Geroldsbeck. Als die Cronenburg ausstarben, erbten die von der Reyen die Herrschaft Geroldsbeck.

\*\*\* Pfäfers, Weinweiler (Maria Stein) und Ottobern.

Quellensammlung, IV.

fuit noster: „elegans non magnificus, splendidus non suultuosus; omni diligentia munditiam non affluentiam affectabat.“ Cornelius Nepos in Attico,\* adeo, ut neque parcae iliberalitatis cum multis neque rursus in-tempestivae profusionis cum paucis posset accusari.

8. Amicos plurimos et maximos monasterio conciliavit. Quod antiquorum quidam seite effatus est: „nullam esse amico pulerore possessionem,“ id sentiens noster non contentione curavit, ut, quoniam reliquae monasterii sui possessiones erant perpaucae, amicos saltem non plurimos modo, sed maximos quoque ac lectissimos nullius non ordinis ac dignitatis numeraret. Eos inter, qui de ordine ecclesiastico sunt, principem pro dignitate sua locum danus serenissimo atque eminentissimo cardinali Friderico Hassiaco\*\* ordinis equestris Melitensis per Germaniam magistro supremo et dynastiae Heitersheimensis domino etc., qui eximii prorsus beneficiis abbatem Franciscum adeoque et monasterium hocce nostrum ab anno 1660 ornavit, illud etiam coram aliquando abbati pollicitus sese, quidquid rerum abbas Romae haberet agendum, autoritate sua principali curaturum. Huic dignitatis ergo proxime attextendus, qui meritis superavit, celsissimus princeps Argentinensis episcopus Franciscus Egon de Fürstenberg, cujus tanta in Franciscum coenobiumque nostrum fuere ornamenta, quanta vix enarrare sufficerem. Ut enim alia multa praeteream, is ad novi templi structuram 700 florenos suppeditavit, s. Landelini fontem nova aedicula concamerata sumtibus suis instrui voluit, annuam 100 florenorum et 130 quartalium avenae pensionem saepe numero relaxavit, amicos atque fautores nostro undecunque accersit. Illo conciliante non tantum illustrissima Fürstenbergensium familia universa, sed et excellentissimi comites canonici cathedralis ecclesiae Argentinensis plerique symbolum construendae ecclesiae contulerunt. Illo ipso celsissimo conciliante serenissimus Coloniensium elector atque Bavariae dux Maximilianus Henricus insignem aedificandae ecclesiae stipem contulit. Quod autem idem serenissimus elector non ipse<sup>1</sup> in has partes ad-

<sup>1</sup> ipsus, §1.

\* Vita Pomponii Attici cap. 13. Einige Ausgaben haben non affluentem affectabat.

\*\* Friderich Landgraf von Hessen war Cardinal und Bischof in Breslau, zuerst Coadjutor, dann Großprior von Teutschland, Fürst in Heitersheim von 1647—1682. In diesem Jahre starb er den 19. Februar in Rom. Dahin hatte er sich, wie aus den Zusätzen hervorgeht, schon 1666 begeben. Abt Franz correspondirte mit ihm, so weit ich die Quellen dafür gefunden habe, 1665, 1667 und 1671.